Hugo Argentinensis: Compendium theologicae veritatis
Salem (?), 15. Jh. (um 1440) Seite 69v



est omnis autem creatura mutabilis est | 2a ratio est ut de-
claret dei sapiencia que ex malo scit elicere bonum quod non po-
tuit sic nisi deus creaturam fecisset vertibilem in malum | 3a ratio
est ut manifestet dei clemencia qui eciam per mortem suam hominem
perditum liberavit | 4ta ratio est ut ostendatur iusticia dei que
non solum reddit iustis premia sed eciam malis supplicia | 5ta
ratio est ut homo non sit peioris condicionis quam alie creature quas
omnes sic deus administrat ut eas agere propriis motibus sinat
unde et hominem proprio arbitrio relinquere debuit | Sexta ratio
est laus humana. laus enim viri iusti est quod potuit transgredi
et non est transgressus | 7ma ratio est decor universi quia opposita
iuxta se posita magis elucescunt ita bonos mali commen-
dant adinvicem comparati | Octava ratio est quod boni exercitant
et probantur per malos ¶ Adam et eva de paradiso expul-
si sunt sicut lucifer de celo ¶ Ita sicut in celo est non posse mori
sic in terra est non posse non mori et in inferno est semper mori
Scolhiis patet quod primus status hominis fuit innocencie | 2us gracie
3us culpe | 4tus pene quintus glorie | Dum enim inordinate exer-
cuit se super se cecidit miserabiliter infra se scilicet a statu inno-
cencie et gracie in statum culpe et miserie ¶ ¶ Et sic factus
inobediens suo superiori iusto dei iudicio factum est ut sibi
fieret inobediens caro sua in ipsum et maxime circa membra
generative deservientia ¶ De ordine temptacionis in nobis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII78/0140
gefördert durch
Baden-Württemberg